



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. II. De Poenitentiarijs S. Mariae maioris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

106 BASILICAE S. MARIAE MAIORIS

Anno 1373. die 27. Februarij, Gregorij Vndeclimi anno tertio, Bullam eiusdem Papæ concedentis Iubilæum anni sancti in Ecclesia sanctæ Mariæ Maioris, & mandat dictam Ecclesiam visitari cum alijs tribus, videlicet Sanctorum Petri, & Pauli, ac Lateranen. Ecclesijs.

Anno die Gregorij anno Bullam eiusdem Papæ concedentis Indulgentiam visitantibus Ecclesiam à die festo Nivis, usque ad octauam Assumptionis, adest duplicatum.

Anno 1392. die decima octaua Augsti, Bonifacij Noni anno sexto, Bullam eiusdem Papæ concedentis easdem Indulgentias visitantibus Ecclesiam in diebus, quibus aperitur, & clauditur Imago glorioissimæ Virginis à sancto Luca depicta, quæ fuerint concessa visitantibus Ecclesiam sancti Siluestri, in diebus, quibus sancti Ioannis Baptista caput ostenditur.

Anno 1392. die decima septima Septembris, Bonifacij Noni anno Bullam eiusdem Papæ concedentis eandem Indulgentiam Ecclesiam sanctæ Mariæ Maioris, in festiuitate, quæ est pridie Kalendas Octobris, & in festo translationis sancti Hieronymi, quæ fuit concessa à summis Pontificibus, die prima Augsti, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Angelis Attisij.

Anno 1449. die decimanona Februarij, Bullam Nicolai Quinti confirmantis Iubilæum anni sancti in Ecclesia sanctæ Mariæ Maioris, alias concessum à Clemente Sexto, & Gregorio Vndeclimo.

Anno 1448. die 21. Ianuarij, Pij Secundi anno eius primo, Bullam eiusdem Papæ concedentis Indulgentiam plenariam, visitantibus Ecclesiam in festo translationis corporis sancti Hieronymi, videlicet septimo Idus Maj. adest duplicatum. Aliam Bullam eiusdem Papæ, anno 1464. die prima Junij, anno eius sexto.

Anno 1465. die decimaseptima Maij, Pauli Secundi anno primo, Bullam eiusdem Papæ concedentis Indulgentiam plenariam, visitantibus Ecclesiam, videlicet in die festo translationis Corporis sancti Hieronymi, nimurum in vigilia Ascensionis Domini.

Anno 1472. die quarta Maij, Sixti Quarti anno primo, Bullam eiusdem Papæ confirmantis Indulgentias ab alijs concessas, & insuper addentis Indulgentiam vnius anni, & quadraginta dierum visitantibus Ecclesiam à die Dedicationis usque ad octauam Assumpt. & in alijs diebus in Bulla expressis.

A Anno 1568. die vigesima sexta Februarij, Bullam Pij Quinti restituentis Stationem in die Dominica secunda Quadragesimæ, olim ablatam à Leone Decimo, & concessam Ecclesiam sanctæ Mariæ in Dominica.

B Anno 1572. die vigesima octaua Martij, Bullam Pij Quinti cōcedentis Stationes Archipresbytero, Capitulo, & Canonicis, Beneficiatis, Penitentiarijs, seruientibus, & ipsorum famulis, qui ex nunc, & in perpetuum Quadragesimalibus, & alijs anni temporibus, Altaria Praecepis, sancti Matthiae, Beatae Mariæ, reliquiarum, & sancti Hieronymi deuotè visitauerint, & ante unum quodque dictorum Altarium unum ex Psalmis Gradualibus, ipsis benè usum; ac si quis ministrorum, & famulorum Psalmos ignoraret, ter orationem Dominicam, & totidem Salutationem Angelicam deuotè recitauerint.

C Anno 1582. die prima Martij, Bullam Gregorij Decimiertij, concedentis Indulgentiam plenariam in festo S. Matthiae.

D Anno 1583. die vigesima Februarij, Breue supradicti Papæ concedentis eandem Indulgentiam plenariam in supradicta die festi sancti Matthiae.

E Anno 1586. die sexta Decembribus, Breue Sixti Quinti afferētis de ipsis ordine translatā usque ab Ecclesia sancti Pauli ad Ecclesiam sanctæ Mariæ Maioris, corpora sanctorum Innocentum, & concedentis Indulgentiam plenariam in sancta Lucia, & sanctorum Innocentum festiuitatibus. Quæ omnia Paulus Quintus Pontifex Maximus confirmavit; atque septem Altaribus Indulgentiam concessit.

DE POENITENTIARIIS

S. MARIAE MAIORIS.

Caput II.



Æc Basilica habet etiam suos Poenitentiarios, haud à ceteris Patriarchalibus dissimiles, pro communi bono, & Christifidelium salutete. Etenim cum ad Indulgentias huius Ecclesie obtinendas sint dispositi, illud requirebatur, ut iij adessent, qui non solum confessionibus adiuuarent, sed etiam pia charitate modum edocerent, quo Indulgentias consequerentur. Hic fortasse aliquis requireret cognitionem de Poenitentiis in genere; nimurum ut à nobis agatur de huius

huius vocis significatu, origine, munere, &c. A
De nomine Pa-
nentiariorum
& unde oritur
& quando nōd
Antrof. lib. 1.
de parentib. &
Cyriani. Epif.
33. & 31. His-
reorum aduersus
Lacijs.
Vita etiam Pa-
mij crudelissi-
mai notitiae
in Tertull. lib.
de parentib. 53.

Sed quia in nostra militia de Romana Ecclesia fūse tractatur, tanquam de re illuc prae-
serim spectante, nos hic solum delibabimus,
quæ pro tali Basilica faciunt. In hac Ecclesia
perpetuò Pénitentiarij residerunt, & qui-
dem usque ad Pium Papam Quintum sem-
per sacerdotes, Monachi, & alij
Claustrales, iuxta temporum permutatio-
nem, sicut inferius apparebit; si antea de-
ijs originem trademus, qui in hac Ecclesia
consistunt. Igitur dicimus fuisse à Liberio

B

Papa eodem tempore stabilitos, quo etiam
ipla Basilica. Cum autem nullum certum
fundamentum, & proprium adsit, non est
ab hac sententia recendum, cum nihil in-
contrarium se opponat. sed si est verum, uti
est verissimum, quod à sanctis Patribus est
memoriae consignatum, vna voce affirman-
tibus, Ecclesiæ, & Oratoria primitiæ Ec-
clesiæ ad Christianorum bonum ercta esse,
velut etiam nostris temporibus, illud planè
consequitur in talis Ecclesiæ constitutione
à Liberio Papa Sacerdotes collocatos fuisse,
qui suprema auctoritate peccata abolerent.

Quod si huic sententiæ aliquis le opponat,
nunquam negabit, saltem à Sixti Terti tempore
Pénitentiarios in hac Basilica consta-
re, quod mille, & ducentos annos attingit.
Quod verò plures Pénitentiarij eodem tem-
pore hic adfuerint, & etiam diuersi ordinis,
facile tum ex auctoribus, tum quoque ex

Ex Anst. Bibl.
In vita Simplicij
et Regis. & Gre-
gorij.
Hesap. de. 7.
Zoile. 143. 141.
Cœlest. 2. 10
vita Simplicij. Papa
Vita Anst. Bi-
blistic. in vita
Greg. Papa y.

Archivio deprehenditur: & Anastasius Bi-
bliothecarius testatur, Simplicium Papam
apud tales Basilicam Ecclesiæ erexit,
sancto Andrea Apostolo dicatum: & in
vita Gregorij Secundi, his verbis: Geron-
tocomium, quod post absidam sancte Dei ge-
nitricis ad Praesepem situm est, Monasterium in-
stituit, atque Monasterium sancti Andree
Apostoli, quod Barbarie nuncupatur, ad eam de-
ductum desolationem, ut in eo ne unus quidem
Monachus relicitus esset, accitis Monachis, or-
dinauit, instituitque, ut horum duorum Monas-
teriorum Monachi in Basilica sancte Dei ge-
nitricis Mariae die, noctuque diuinas Deo caner-
rent laudes.

Haec tenus Anastasius. Ex quibus colligitur Simplicij, & Gregorij tempestate per longum temporis tractu Monachos diuina munera exercuisse. Et ad magis confirmandum potest priuilegium perlegi à Georg. Cesarino cuiusdam concessum, & à nobis ex Archivio erutum: *Georgius de Cesarinis, De gratia Sediis*
Apostol. Protonotarius, officij Pénitentiariæ Do-
mini Pape curam regens. Venerabilibus Viris

Dominis Vicario, nec non Priori, Canonicis,
& Capitulo Ecclesiæ sancte Marie Maioris
de Urbe, salutem in Domino. Cum pro deuotione
maxima, quam uniuersus Populus Christianus
ad dictam Ecclesiæ sancte Mariæ merito gerit,
in qua ipsa Beatissima Virgo Christi mater singu-
laris quodam miraculo precipuum sibi in Urbe
elegit habitaculum; utque indulgentiarum ei-
dem Ecclesiæ per Romanos Pontifices cœcessarum,
Domino coadiuvante particeps fiat Christifide-
lium multitudi, que continuè deuotionis causa
confiliat ad eandem, quibus summè expedit pro
buusmodi indulgentiis consequendis idoneos, &
discretos ibidem reperire Presbyteros, qui adue-
nientes omnes pro diuinis gratijs, & Indulgentijs
acquirendis in eorum confessionibus diligenter au-
dire, eosque auctoritate Apostolica Sedis à pecca-
tis omnibus absoluere valeant. Nos de religionis
zelo, litterarum sufficientia, & virtutum meritis
Religijs viri fraris Christophori de Guarinis
de Pergamo Presbyteri profisi ordinis Fratrum

C
Prædicatorum Conuentus Pergomen. fide dignum
testimonium habentes, ipsumque premissorum me-
ritorum suorum intuitu condignis favorebus, &
gratijs honorare volentes, in quo plenam in Do-
mino fiduciam obtainemus, auctoritate Domini
Pape, cuius Pénitentiarie curam regimus, &
de eius speciali mandato super hoc vivæ vocis ora-
culo nobis facta, eidem fratri Christophoro, de officio
substitutionis Pénitentiariæ Domini Pape in di-
cita Ecclesiæ sancte Marie Maioris gerendo, &
exercendo, sicut alij Pénitentiarij in eadem gerut,

D
etisque ad beneplacitum nostrum tenore præsen-
tium prouidemus. Commitentes nihilominus ei-
dem, ut huiusmodi substitutionis Pénitentiariæ
officium in dicta Ecclesiæ, sicut alij substituti Pénitentiarij exercent, fideliter, & diligenter stu-
deat exercere. Nos enim à predicto fratre Chri-
stophoro de officio ipso fideliter exercendo auctorita-
te, & mandato predictis recepimus fidelitatis de-
bita in forma solita Juramentum. Quocirca di-
scretioni vestre auctoritate, & mandato prædi-
cis committimus, & mandamus, quatenus eun-

E
dem fratrem Christophorum ad exercitium dicti
officij, priuilegia, honores, onera, & emolumenta,
sicut unum ex alijs Pénitentiarij in Ecclesiæ
predicta liberè admittatis, & ab alijs, prout opus
fuerit, faciatis admitti, ac ipsorum numero, &
consortio aggregavi. In quorum fidem, & testi-
monium praesentes litteras fieri, nostrique maioris
sigilli, quo utimur, iussimus appensione muniri.
Datum Rome in edibus solita residentia nostraræ,
sub anno Nativitatis Domini millesimo quadrin-
gentesimo quadragesimo tertio, Die vigesima
quarta mensis Decembris, Pontificatus sanctissimi

simi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Eugenij diuina prouidentia Pape Quarti, anno decimotertio.

Et hic ritus usque ad Pium Papam Quintum duravit, qui Penitentiarios ex familia, atque ordine sancti Dominici selegit, certos dimittens; nec non domicilium propè Basilicam stabiliuit. Panuinus: *Pius Quintus*

Pii Papa V. bull. la Penitentiario- rum reformatio- nis.

Penitentiarios ex ordine Prædicatorum in hac Ba- silica, ceteris erexit, constituit; quorum Collegio domum sancte Pudentiane concessit. Idem ex varijs Pontificum scriptis apparet, & pri- mum ex Pii Quinti Bulla, quæ sic habet:

Pius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpe- tuam rei memoriam. Pro muneri nostri officio cure nobis esse debet, & de ministris idoneis ad conferendum fidelibus sacramentum apud Eccle- siam sancte Mariae Maioris de Virbe, utiliter deinceps ratio habeatur. Postquam enim felicis recordationis Pius Papa Quartus, prædecessor no- strer, antiquum numerum Penitentiariorum ex diuersis nationibus, atque ordinibus in dicta Eccle- sia constitutorum ad numerum duodecim, qui alias iuxta veterem ipsorum institutionem à Romanis Pontificibus traditam, ibi perpetuo confi- starent, motu proprio per suas litteras reformatum; re ipsa compertum est, nè hoc quidem ad prædi- candum officium admodum profuisse: ac numerum ipsum duodecim Penitentiariorum ad id munus in dicta Ecclesia subcundum nimis multum. Pre- terea illam ordinum linguarum diuersitatem non perinde ibi necessariam esse: Nos & tuis multo facturi, si numerus prædictus rursus minuatur, simulque omnes Penitentiarij prædicti ex uno or- dine, eodemque lingua idiomate constituantur; motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolice potestatis plenitudine reformationem, & reductionem Pii prædecessoris huiusmodi, ac etiam omnes, & quascunque constitutiones de nu- mero, ordinibus, nationibus, & alijs qualitatibus ipsorum Penitentiariorum, tam per eundem Pium, quam quoscunque alias prædecessores no- stros quomodolibet, & ex quibuscumque causis fa-etas, nec non facultates consituendi prædictos Penitentiarios maiori Penitentiario nostro, & quibuslibet alijs, etiam per litteras Pii prædecessoris huiusmodi attributas, tenore præsentium reuocamus, & abolemus predictas, & quascunque alias litteras de super confessas, quarum singularum te- nores præsentibus haberi volumus pro expressis, cassamus, & annullamus, volumusque illas om- nes, vires, & effectum de cetero non habere. Quin etiam omnes illos Penitentiarios, qui hucusque in dicta Ecclesia quomodolibet constituti sint, of- ficio, usu, & exercitio Penitentiarij apud illam priuamus, & amouenius: districtius inhibentes

ac deinceps in officiorum collatione, aut Penitentiariorum huiusmodi ordinatione, amotione, & alia quacunque dispositione se se audeant immi- scere. Et nihilominus in dicta Ecclesia sancte Marie sex duntaxat Penitentiarios minores, qui omnes prefatorum Prædicatorum Ordinis, Provincia Romana iuxta morem eiusdem Ordinis, non autem alterius post hac in perpetuum esse, ac per Priorem Provincialem dictæ Provincie, seu Priorem S. Marie super Mineruam de Virbe, tanquam eius Vicarium constitui debeant, &c.

Ex quo apparet de redditibus, atque alijs ad humanam vitam necessarijs, vna cum pecu- niarum determinatione apud Datariam, velut ex hic annotatis. Ut autem ipsis sex Pe- nitentiarijs, & duobus conuersis de communi, & quantum fieri posse, propinquâ habitatione consulatur, motu proprio, & ex certa scientia, & potestatis plenitudine similibus Aedes, quas in transibis à dextra parte Ecclesie S. Pudentiana constant, & ad septentrionem spectant, quas nu- per in eos usus aptandas curauimus cum ve- stibulis, & viridario ad valvas dictæ Ecclesie, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis à reliqua proprietate, & rebus mensæ Capitulari prædictæ Ecclesie S. Marie Maioris, ipsiusq; Ecclesie, ac singulorum illius beneficiorum, & præbendarum pro perpetuo usu, & habitatione prædictorum sex Penitentiariorum, & duorum Conuersorum, seu Tertiariorum etiam sine con- sensu dilectorum filiorum Archipresbyteri, & Capituli eiusdem Ecclesie, ac ipsis omnino con- tradicentibus, perpetuò dismembramus, & sepa- ramus; illasque cum eiusdem vestibulo, viri- dario, iuribus, & pertinentijs, sex Penitentiarijs, & duobus Conuersis, aut Tertiariis pro huiusmo- di habitatione, & usu perpetuò concedimus. Ita quod liceat ipsis sex Penitentiarijs Aedium, & aliorum prædictorum corporalem possessionem per se, vel alium, seu alios propria auctoritate, etiam absque virtute spolijs, seu attentatorum libe- re apprehendere, & perpetuò retinere: cum eo tamen, ut alias ipsi Ecclesie sanctæ Pudentia- ne, quod titulum Presbyteri Cardinalis in nihil degeretur, utque aliarum illius rerum, & bo- norum administratio, fructuumque perceptio, & dispositio ad Archipresbyterum, & Capitulum prædictos, ut prius, pertineat. Insuper pro- vietu, & alijs necessarijs sex Penitentiariorum, & duorum Conuersorum prædictorum menstruā prouisionem vigintinuem scutorum auri in au- ro, super pecunias compositionum, que in officio Datariatus nostri sunt, eidem sex Penitentiarijs, vel eorum Procuratori, ad id ab eis potesta- tem habenti, per pecuniarum earumdem Deposi- tarium

Pius Papa Quintus Pontificis Abbatum vnit.
 tarium singulis mensibus, donec illis alia idonea assignatio facta fuerit (quo casu, & non alias predicta prouiso cessare censetur) integrè persol- uendum concedimus, & assignamus. Idem Pontifex, vt tale Collegium firmius constaret, illi vniuit Monasterium, vel Abbatiam Sanctæ Mariæ Macularum in oppido Sancti Genesij apud Camerinum; cuius possessio- nem tenuerunt usque ad annum 1589. Pontificatus Sixti anno Quinto, quo tempore pijs, & religiosis rationibus aliter disposuit, & huic Collegio annuam pensionem tercen- tum scutorum aureorum assignauit super eiusdem Monasterij fructibus, vnâ cum penso- nione centum aureorum in Canonica- tu, & Præbenda eiusdem Ecclesiæ, sicut ex Bulla coniicitur: *Et licet ipsi Collegio Pænitentiariorum huiusmodi, alias Monasterium Beate Marie Macularum nuncupate, sancti Benedicti, vel alterius ordinis, Terre sancti Genesij Camerinen. Dieceſis, Apostolica au- toritate unitum, annexum, & incorporatum fuisset, ac forsan etiam eadem auctoritate statutum, quod ipsum Collegium semper ex Fra- tribus Ordinis Predicatorum ad officium Pænitentiariorum minorum, ut prefertur, affi- mendis constare debeat. Nos tamen ne ex unione, annexione, & incorporatione predictis di- clum Monasterium nimia in spiritualibus, & temporalibus detrimenta pateretur, & ex certis alijs rationabilibus causis animum no- strum ad id mouentibus, nuper unionem, an- nexionem, & incorporationem predictas dis- soluerimus, dataque Pænitentariis, eorumque Collegio predictis certa compensatione, & inter alia pensione annua trecentorum ducato- rum auri de Camera, super eiusdem Mono- asterij fructibus, redditibus, & prouentis, eis perpetuo resuata, Monasterium ipsum tunc quovis modo vacans dilecto filio nostro Eu- geliste, tituli Sancti Matthei in Merulana, Presbytero Cardinali Cusentino nuncupato, per eum quo ad viueret tenendum, regendum, & gubernandum dicta auctoritate commen- dauerimus, pro ut in nostris, & alijs forsan litteris Apostolicis super premisis omnibus con- fectis plenius continetur. Hinc est, quod nos, qui hodie predictam pensionem trecentorum du- catorum ipsis Collegio, & Pænitentariis su- per Monasterij, ac alteram pensionem an- nuam centum ducatorum similium, super Ca- nonicatus, & præbende resignatorum huiusmo- di fructibus, redditibus, & prouentibus, ac respectivè distributionibus quotidianis, dilecto filio Paulo Aemilio de Siluestris, Clerico An-*

A conitano, seu Montis Altii Ciuitatis, vel Diœces. ad eius vitam dicta auctoritate reser- uatam, & illarum reservationem, aut ipso- rum Collegij, & Pænitentiariorum, ac Pau- li Aemili expressus ad hoc accederet consensus, siue non accederet, Motu proprio, & ex cer- ta scientia nostra cassauimus, annullauimus, & irritauimus.

Postea Anno Domini millesimo sexcen- Clemens VIII.
 tesimo primo, volens Clemens Octauius ades in platea
 Pontifex Maximus, magis ad huius Colle- ficas Pænitentia-
 gij commodum prospicere, & vt amplio- tatijs coagedit.

B ut amplio-
 ri domicilio vterentur, determinauit ades
 assignare, vnâ cum hortis in eiusdem Ba-
 silicæ Platea: & illud domicilium simul
 cum hortis, atque alijs idem Pontifex Mo-
 nachis S.Pudentianæ assignauit. Sic ex Bulla:

C Nos, qui utrisque æquè debitores sumus, lib-
 benter prospicimus, prout in Domino salubriter
 conspicimus expedire, &c. Et habitationem
 ipsorum Pænitentiariorum, & duorum Con-
 uersorum, seu Tertiariorum pro eorumdem Pæ-
 nitentiariorum seruitijs deputatorum asagna-
 uit in presentibus edibus illarum viridario,

D & alijs membris iamdiu inßu pia memorie
 Sixti Quinti predecessoris nostri ob ampliationem plateæ, & via publicæ dirutis, haud
 commodam habitationem habet, quodque si
 eis de aliquo domicilio commodiori, & eidem
 Ecclesiæ Sanctæ Marie Maioris viciniori
 prouideretur. Aedes vero predictæ, quas ipsi
 nunc habitant, Monachis Congregationis Fu-
 liensis, Cisterciensis Ordinis, in alia parte

E utris meridiem apud Ecclesiam Sanctæ Pu-
 dentianæ ex Apostolica Sedis concessione ha-
 bitantibus concederetur, exinde profecto, &
 Pænitentariis, & Monachis ipsis non modi-
 cum commodum proueniret. Prende cum nu-
 per quedam domus cum viridario, sita pro-
 pè Ecclesiam Sanctæ Marie Maioris ver-
 sus Ecclesiam Lateranensem, ad mensam Ca-
 pitularem Ecclesiæ Sanctæ Marie Maioris
 spectans, quam quondam Hippolytus Scar-
 fa (dum vixit) eiusdem Ecclesiæ Canoni-
 cus possidebat. per obitum eiusdem Hippolyti va-
 cauerit: Nos domum predictam eisdem Pæ-
 nitentariis pro eorum perpetua habitatione,
 & usu concedendam duximus. Motu ig-
 tur proprio, & ex certa scientia, & mera
 deliberatione nostra, deque Apostolica pot-
 estatis plenitudine domum predictam, cui ab
 uno via publica ad Ecclesiam predictam La-
 teranensem tendens, ab alio Platea versus
 Sanctæ Marie Maioris, ab alio domus,
 quam possidet dilectus filius Scipio Manilius

Benatus Ecclesie predictæ Sancta Marie Majoris, & à reliquo lateribus horti quidam coherent cum viridario, ac omnibus membris, iuribus, & pertinentijs suis à mensa Capitulari predicta etiam sine dilectorum filiorum Archipresbyteri, & Capituli eiusdem consensu, ac ipsis iniunctis, & omnino contradicentibus perpetuo, auctoritate Apostolica, tenore presentium dismembramus, ac separamus, illamque cum viridario, ac omnibus membris, iuribus, & pertinentijs suis, huiusmodi predictis Penitentiarijs, nunc & pro tempore existentibus, pro eorum ac dictorum duorum Conuersorum perpetua habitatione, & usu concedimus, & assignamus.

Hodie Penitentiarij ex portione, & Præbenda vnius Canonicus viuunt, cum Monasterio, & Abbatia supra notata fuerint priuati, quod his verbis legitur: Et sicut inter alia animaduertimus inter ipsius Basilice Canonicos, & Præbendas, Theologali quidem Præbenda, aut iuxta Concilij Tridentini Decreta, Penitentiaria nulla sit, sed ex vetere instituto Collegium sex Minorum Penitentiariorum, qui quotidie imbi Christifidelium confessiones audiunt, institutum existat, quibus aequum videtur ex ipsius Basilice, seu illius mensa Capitularis fructibus, redditibus, & prouentibus alimenta, & vicetum subministrari, ut potè qui in Basilice ipsi inserviant, & onera, que alioquin per aliquem ex ipsius Basilice Canonicos supportanda forent, sua opera, & industria sustineant.

Cone. Trid. sciss. 24. c. 12. de reformat.

DE RELIQVIIS.

Caput III.



ET VSTVM Librum in Archiuio comperimus, in quo huius Basilicæ Reliquiæ simul cum ornamenti, atque alijs rebus sacris annotantur: qua Clemente Septimo Pontifice à Borbonis militibus, partim auro, & alijs ornatis spoliata, partim erecta fuere; vnum pietatis indicium iactantibus, dum sacrarum Reliquiarum nomina ipsi met Reliquijs inscriperint; quæ tamen à dextra Tribuna parastade musu opere auro exornato leguntur.

In quodam Tabernaculo marmoreo à quatuor columnis purpureis sustentato pro-

A pè Sancti Hieronymi Altare hæ reliquæ includuntur vna cum Sanctorum imaginibus, velut ex notatis appetet, quæ ex illis descripsimus.

Tabula una laborata ex auro, & argento, & aliquibus smaltis, cum Imaginibus, & litteris græcis, ac lapidibus pretiosis, ubi reconditum est Puerperium Domini Nostri Iesu Christi: à parte verò posteriori est argentea cum signo Crucis. quæ tabula sustentatur à duobus Angelis argenteis, qui stant supra quodam solo æro, seu rameo deaurato, cum armis familie de Cancellarijs, seu del Burallo.

Caput Sancti Matthiae Apostoli positum in vasculo Nibilij Calcedonij in quodam magno Tabernaculo argenteo deaurato, & smaltato cum sex columnis quadris, & cum lampadibus azurris, in summitate uniuscuiusque columnæ, & cum armis Reuerendissimi Domini, Domini Rothomagensis, & cum Ciborio, & argenteo deaurato, quod à Tabernaculo cuelli, seu separari potest.

Brachium Sancti Matthæi Apostoli, & Maximiliani Rothomagensis, ornatum brachio argenteo, & manu ornatum, ac libro argenteis, cum armis Reuerendissimi Domini Rothomagensis.

Brachium Sancti Luce Euangeliste, ornatum & brachio, & manu argenteis, tenente calatum argenteum, cum magna fimbria ornata smaltis, pernis, & cum monili in summitate brachij, in quo est media figura cuiusdam Apostoli, & in calce est arma Reuerendissimi Domini Rothomagensis.

Caput S. Marcellini Papæ, & martyris, positum in ære, nunc verò in argento cum Regno Pontificali.

Brachium sancti Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis, ornatum brachio argenteo cum chirotheca argentea, tenente unum monile cum aliquibus lapidibus pretiosis ab uno latere, ab alio stant litteræ significantes reliquias ibi existentes, cum basi etiam argentea, in qua stant litteræ dicentes, Brachium sancti Thomæ martyris Archiepiscopi Cantuariensis.

Brachium sancti Iuliani, martyris aliquatenus deauratum cum anulo in digito medio, & in fimbria cum media figura Sancti Ioannis Baptista, cum armis eiusdem Reuerendissimi Domini Rothomagensis.

Caput Sancte Virginis, & martyris, ornatum argento pro parte deaurato, cum corona argentea deaurata, quæ stat ex quinque lilijs, & sustentatur à quatuor pedibus æris deauratis.

Vnum